

los titulos pro re modo utriusque edicti coniunctos modo separatos tractasse. quod ut faceret, partim quidem ea ipsa utriusque edicti coniunctio effecit, partim vero etiam ratio quaedam ius dissentium habita. Cum enim ipsa res ita ferret, ut aliquae tantum partes edicti legi duce magistro possent, sane commodius erat discipulis singulos libros vel titulos ex toto opere, qui rursus proprios libros quadam ratione efficiebant, tractandos quam totum opus hic illic gustandum in manus dare.<sup>1</sup> Et ita quidem, si quid video, Gaio debetur illa ex const. Omnem reip. § 1<sup>2</sup>

---

ad edictum praetoris urbani'; 'ad edictum urbicu*m* (i. e. tam praetoris urbani quam peregrini) titulo de operis novi nuntiatione'; 'ad edictum praetoris urbani titulo de damno infecto' (ubi sine dubio de praetoris peregrini edicto separato titulo disputavit); 'ad edictum praetoris urbani titulo de aquae pluviae arcendae'; 'ad edictum praetoris urbani titulo de publicanis'; 'ad edictum praetoris (exciderit 'urbani') titulo de praediatoribus' (et publicanos et praediatores edictum pr. peregrini ignorabat); 'libri' et 'libro II ad ed. praetoris urbani titulo de liberali causa' (cuius etiam est L. 6 D. de lib. causa 40, 12); 'libro ad ed. praetoris urbani titulo de re iudicata'; 'libro ad ed. praetoris urbani titulo qui neque sequantur neque ducantur'. 'Edicti urbanici' in L. 4 D. de oper. serv. 7, 7 Graecorum licentia significat edictum pr. urbani (cf. L. 30 D. de bon. lib. 38, 2) et aliquoties pro v. 'urbanicum' errore librariorum 'urbicum' videtur positum, velut L. 5 D. de adim. leg. 34, 4, ubi etiam specialis titulus excidit.

1) Alia ratione Alfenus Varus, ceteroqui simili instituto usus, cum quaecunque de iure civili scripsisset, Digestorum titulo comprehendisset, partes eius operis etiam speciali titulo et librorum numeratione distinxit, ut v. gr. Digestorum liber XXXIV esset simul Coniectaneorum liber II auctore Gell. 7, 5. Vid. praeterea L. 19 § 6 D. de auro arg. 34, 2 et Iurispr. Antist. Labeonem p. 56 not. 5 et Ateium Capit. p. 63 not. 2. In ipso edicto Gaium Ulpianus imitatus esse videri potest, cuius lib. I ad edictum de rebus creditis allegatur Fr. Vat. 266, qui totius operis erat XXVI, nisi hanc separatam numerationem ad posteriores librarios referre mavis. 2) De qua, quod postea dicendorum causa notandum, rectiora Hugo Civ. Mag. II p. 245 et Goeschen Zeitschr. f. gesch. RW. II p. 8 seq. docuerunt, quam Leistius (Rechtssysteme p. 68) et nuper Mommensius Jahrb. l. c. p. 12 [= Jur. Schr. II 35]. Est etiam reti-